



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xlvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De eadem re. Cap. XLVI.

Itē eius-  
dem.

VNDE vides quia sic peccati cōtagione maculamur.  
Ne quoſo beatissime mihi, fratrē nostrum in profun-  
dum putei ſub iniqui principis potestate demerſum depe-  
rationis lapidibus obruamus. Imitemur illum Aethiopem,  
qui ſanctum Hieremiā in lacu ab iniquo rege demerſum  
aſumptis XXX, hominum auxiliis, & missis ad cum pa-  
nis & funib⁹ veterib⁹ liberauit. Facilisne eſto ad lapſum,  
ruinamq; miserorum. Porrige manū iacenti fratri, qui cō-  
fusus pudore peccati, nec erigere ſe, aut oculos audere  
tollere. Comple legem Moſi. Cecidit aſinus fratri ſub po-  
dere, hoc eſt, caro euicta peccato, acclina te, & humilia, &  
ſubleua de ruina. Quid erubescis coniungi homini pecca-  
tori? Rēſpice illum qui dicit: Noli nimium eſſe iuſtus. Ma-  
gister noster à latronibus vulneratum non ſolū cura di-  
gnum iudicat, verum etiam ad ſtabulū ſuum & ouile pe-  
duxit. Et tu ergo collige fratrem, quē diabolus latro per-  
cuſit. Cōſigna ſtabulario, id eſt, beato epifco, qui ſi quid  
in eo impenderit, amplius à domino conſequetur.

De eadem re. Cap. XLVII.

Itē idem.

E Vangelicus sermo dixit: Si peccauerit a te frater, corripe eum ſolus. Si te audierit, lucratus eſt eu, & tera quae continent sermo præcepti. Vide quid dicit. Ne ex-  
hilarentur filii incircunciforum. Filii enim incircuncifo-  
rum, ſunt homines ſeculi, in præputii ſui errore, & genti-  
litate viuentes. Hi ergo exhilarantur, cum audiūt ruinam  
militis Christi. Peccatum igitur ealetur, & adhibetur ex-  
mendatio. Nos enim consolationis linteamina, & celeſtis  
ſpeci pigmenta tribuamus. Ipſe autem infra ſepulchrum ſe-  
creti ſui cōfessus peccati pudore cōtineatur, ubi cōſciens  
verme laceretur: qui totas in eo oblingat putredines pe-  
catorum, donec nullū ex ſe fœtorē famae turpis emittat.

De eadem re. Cap. XLVIII.

Ex epift.  
Ioannis  
Conſtatī-  
nopol. ad  
Theodo-  
rum.

Q Valiter rogo, de misericordia domini poſſum⁹ deſ-  
rare, qui etiam Pharaonem arguit, quare nequaquam  
pœnitere dignatus fit, dicens: Brachia Pharaonis regis Aegypti cōtrivi, & non eſt deprecatus, ut dare  
tur in eo ſanitas, & redderetur ei virtus ad comprehendend-  
dum gladiū. Salomō ille mirabilis, qui meruit aſtruci de-